



Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati
mortalis Libri Qvinq[ve]**

Pelecyus, Johannes

Monachii, 1615

IV. Deum impius propterea offendit, quia se ab eo, vt legislator est,
auertit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

ad peccatum scilicet respiceret,
alieno malo doctus.

C A P V T IV.

*Peccator propter ea Deum offendit, quia
se ab eo, ut Legislator est,
auertit.*

Hoc est, quia diuinis legibus
atque præceptionibus, quæ
admodū par est, barbaro cōtēptu
non paret, eiq; obedere renuit. Id
quod est crimen lāsæ maiestatis
diuinæ. Ita verò rem se habere
ostendunt sequentia diuinarum
litterarum testimonia. *Auerterūt psal. 77. 19*
se, ait Dauid, & non seruauerunt
pactum, mandata scilicet diuina.

Clarius id à Daniele dicitur: *Pec-* *Dan. 9. 8.*
cauimus, inquit, iniquitatem feci-
mus, impiè egimus, & recessimus,
& declinauimus à mandatis tuis ac
*iudicijs. Et Zacharias: Noluerunt *cap. 7. 11.**
attendere(ad legem Dei) & adver-

B 7 seruus

rerunt scapulam recedentem, & au-
res suas, aggrauauerunt ne audirent,
& cor suum posuerunt ut adamantem,
ne audirent legem, & verba,
quæ misit Dominus exercituum in
spiritu sancto, per manum Prophe-
tarum priorum, & facta est indi-
gnatio magna à Domino exercitu. Et

cap. 2. 20.

Hieremias: A seculo confregisti iu-
gum meum, rupisti vincula mea,
& dixisti non seruam; in omni e-
nim colle sublimi, & sub omni lig-
no frondoso tu prosternebaris mere-
trix. Confirmant idem vno &

cōmuni sensu Patres Orthodo-

Lib. 22. cō. xi. D. Augustinus quidem hoc

Fau. c. 27. ipso, quo peccatum sic descri-
bit: Dictum, vel factum, vel concu-
pitum contra legem æternam. Et:

Lib. de u. peccatum est legis transgressio: quam

99. q. 2. descriptionem totidem verbis

Ep. I.c. 3. 4. ponit D. Ioan. peccatum est iniqui-

tas; est enim iniquitas exorbita-
tio quædam ab æquo & recto,
quod

Liber primus.

quod per legem præscribitur. D.
Ambros. Peccatum est diuinæ legis
transgressio, ac cœlestium inobedientiæ
mandatorum. Vult ergo peccator,
quia se à Deo legislatore auertit,
liber esse & Dominus, iuxta illud
regij vatis: *Dixerunt (impij) lingua ps. 11. 5.*
nostrā magnificabimus, labia nostra à
nobis sunt, quis Dominus noster? Et in
persona Moab dicitur: *audiuimus Es. 16. 6.*
Superbiā Moab, superbus est valde, su-
perbia eius, et arrogancia eius et in-
dignatio eius, plusquam fortitudo eius.
Idcirco ululabit Moab ad Moab, uni-
uersus ululabit his qui lœcantur super
muros cocti lateris, loquimini plagas
sueas. Et illud Iob: *Vir vanus in su- c. 11. 18.*
perbiā erigitur, et quasi pullum
onagri liberum se natum putat; ut
vacca lascivens, quemadmodum
Oseas loquitur, declinat; ut aspis c. 4. 16.
surda, iuxta Dauidem, aures suas ad ps. 57. 9.
voce incantatoris obdurat. Ut animæ
sue cōcupiscentias eius præstet,
obe-

16 De granitate peccato mortis.

obedientiam Deo debitam abijcit; ut legibus suis, quæ sensu & carne, non ratione & spiritu definiuntur viuere, possit, legi diuinæ authoritatem detrahit; ut quod liber liceat, præcepta Dei pessundat. O peruersitatem! O cœcum mentis errorem transuersim a-

Cat. 4. 4. Etum! Misit Deus filium suum factum sub lege, ut D. Paulus ait, **Mat. 5. 17.**

non venire eā soluere, sed adimplere;

Phile. 2. 8. verò adimpleuit quoque, ad mortem usque patri obediens factus. Diuini

spiritus faciunt verbum Dei, audiuntque vocem sermonum eius. Creature

cæteræ omnes ab homine ad nu-

3. Reg 13. 5. tum Deo parent. Iubetur altare scissum effundat cinerem, scissū est, cineremque effudit. Iubetur

ignis Babylonicus pueros non

Dan. 3. 50. tangere, & non tetigit eos omni-

Num. 16. 31 no, neq; contristauit, nec quid-

quam molestiæ intulit. Terra

Dei iussu magno hiatu disrupta

est,

est, & rebelles ac refractarios ab- *Num. 20.*
forbuit. *Petra*, eiusdem præcep- *II.*
to, virga percussa, non ignem, sed
aquam dedit. Daniel leones de
voluntate Dei nō nocuerunt. Et
homo Deo non obedit. Ei me-
rito illud Esaiæ dicitur : *Erubes-* *Ez. 6. 8.*
ce Sidon, ait mare ; quam ob cau-
sam ? quia ego obedio creatori,
tu non obedis. O mentis per-
uersam caliginem !

C A P V T V.

Peccator Deum offendit, quia ad crea-
turas peruersè se conuertit.

Haud difficile erit id ex scrip-
turis confirmare, illis præci-
puè, quibus monetur peccator
ad Deum reuerti. *Conuertere ad*
Dominum, ait Ecclesiasticus, *&* *cap. 17. 21.*
relinque peccata tua, precare ante fa- *II. 23.*
ciem Domini, & minime offendicula.
Et: *Reuertere ad Dominum, & auer-*
sere ab iniustitia tua, & nimis odito
exced-